

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CLX.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

didit & donavit liberaliter, perpetuo possidenda cum hominibus maioribus & minoribus cujuscunque conditionis vel sexus existant, &c.

CLX.

HENRICI MARCHIONIS HACHBERGENSIS LITERÆ
DE ADVOCATIA IN BLANSINGEN, MONASTERIO
OLSPERGENSI DATÆ.

A N N O M C C L X X V I I .

Ex autographo monasterii Olspergensis. Extat apud Herrg. n. 565. sed non exacte.

Nouerint uniuersi audituri tenorem presentium, vel visuri. Nos HEINRICUM Marchionem de Hachberg, ad preces inclite domine nostre (a) Regine, dilectis in Christo Abbatisse & conuentui monasterii in Olsberc Ordinis Cisterciensis Basiliensis diœcesis, in hoc scripto fideliter permisisse, quod de uniuersis bonis, seu possessionibus suis in villa dicta *Blansingen* siue in territorio dicte ville fitis, quorum jus advocacie ad nos spectare dinoscitur, in duobus Maltheris figuli, & una psoma vini rubei, nomine dicte advocacie nobis, & nostris successoribus annis singulis presentandis contenti esse simpliciter debeamus. Ita, quod in perpetuum nec per nos, nec per nostros successores, a memoratis sanctimonialibus ratione sepefate Aduocatie, preterquam prescriptum frumentum & vinum, vt dictum est, nobis an-

(a) Romanorum. Herrg.

nuatim donandum, nichil penitus exigatur, aliquatenus aut recipiatur. In cuius rei testimonium, presentes ipsis dedimus litteras sigillo ipsius domine nostre Regine & nostro pariter sigillatas. Et nos. A. Dei gratia Romanorum Regina, ad petitionem ipsius *Heinrici Marchionis de Hachberg, Avunculi nostri dilecti*, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Rinvelden anno Domini M. CC. LXX. VII. feria secunda proxima ante Carnisprivium.

||


(L. S.)

majest. Annæ Romanorum Reginae.

||

(L. S.)

Heinrici Marchionis de Hachberg.



CLXI.

EXCERPTA EX RUDOLPHI I. IMPERATORIS
CONFIRMATIONE IMMUNITATIS CIVITATUM VILLINGEN,
FÜRSTENBERG, HASLACH &c. A FORO
EXTRANEO.

ANNO MCCLXXVIII.

Ex Archivo Fürstenbergensi.

Supplicante itaque nostræ Majestatis Culmini Viro Henrico Comite de Fürstenberg, nostro Consanguineo, Imperii fidelissimo, ut cum Villingen, Fürstenberg, Haslach, Dornstetten & alia sua oppida, quæ-